

Formula Marculfina aevi Karolini 7 (lat) [Salzburger Formelmateriale]

RESCRIPTUM |¹ AD EUNDEM PONTIFICEM

Reverentissimo atque omni dignitate ac laude praeferendo^a n gratia Dei antestiti n igitur, acsi^b infimus universali ecclesiae Dei sanctae vernaculus, purpoream vobis in Christi sanguine distinctamque^c semper opto salutem^d

Susceptis quidem a vestra dignatione sanctissimis litteris atque summatim per omnia recitatis satis habundeque gavisus [sum]^e eo quod me, vilissimum atque inparem in omnibus, vestrae dilectioni atque benignitati communem fieri censuistis; necnon^f etiam et illud, quod omnibus est maximum ac singulare prae^g ceteris bonum, orationum vestrarum praeconiis^h participem esse maluistis. Insuper etiam maiorem exinde auximus letitiamⁱ eo quod caritatis atque unanimatis iura indissolubili amore erga nostram parvitatem vos conservare conperimus^j nostrisque exiguis precibus^k familiaritatis obtentu vos uni[ri]^l ac coniungi^m desiderasse perspeximus. Hac igitur ratione ratus sum ad vestram scribere |² fraternitatem, ut, quod semel invicem professi sumus, fixum in perpetuum ac stabile permaneat, ut deinceps in Dei omnipotentis amore confirmati alterna nos dilectione fovere studeamus, quatenus alternatim onera nostra portantes adimplere valeamus legem Christi. Unde vero nobis mandare voluistis de illo scilicet n; sicut iussistis, ita per omnia exinde egimus, prout nobis intimare dignati fuistis. Hoc enim fi[r]mitemⁿ scitote, quod non solum de tali ratione, sed et alia undecumque nobis iniungitis, vestrae in omnibus obtemperare cupimus iussioni, sicut decet^o dilecto et karissimo fratri.

Valeas in Christo, frater, semper feliciter, auxilioque superno ubique fretus, cuncta, quae sunt nociva vel noxia, postponas et ea, quae sunt salubria et apta, valeas adipisci.

^apraeferendo] p̄ferendo M₄; preferendo edieren Roc, Zeu

^bacsi] ac si edieren Roc, Roz

^cdistinctamque] für binstinctamque, so auch Roc, Zeu; bis tinctamque ediert Roz

^dsalutem] saM₄

^esum] ergänzt, fehlt M₄, so auch Roc, Roz, Zeu

^fnecnon] nec non ediert Roc

^gprae] p̄ M₄; pre edieren Roc, Zeu

^hpraeconiis] p̄coniis M₄; preconiis edieren Roc, Zeu

ⁱletitiam] laetitiam emendieren Roc, Zeu

^jconperimus] comperimus liest Roc

^kprecibus] p̄cibus M₄

^luniri] ergänzt, uni[...] M₄ (Blatt berieben), so auch Roc, Roz, Zeu

^mconiungi] verbessert aus coningi M₄

ⁿfirmiter] für fimiter M₄, so auch Roc, Roz, Zeu

^odecet] in margine nachgetragen mit Verweiszeichen M₄

¹[fol. 36^v]

²[fol. 37^r]